



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117875**

§. 57. Epistola Papæ in causa Wulfadi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66112)

lim tentare, ibi commorabantur. In ea Sæculum IX.  
 petebant, ut Legati Pontificii tradita fi- A. C. 866.  
 dei suæ Confessione supra memoratos,  
 ut Græci putabant, errores anathemati-  
 zarent, & Photium Patriarcham Oecu-  
 menicum agnoscerent. Addebant, non  
 aliis conditionibus Constantinopoli esse  
 recipiendos. Hæc nova Rex Bulgarorum  
 per Legatos ad Papam misit.

## §. LVII.

*Epistola Papæ in causa Wulfadi.*

Inter hæc Egilo Archiepiscopus Seno- Sup. §. 47.  
 nensis & Actardus Episcopus Nanne- to. 8. Conc.  
 tensis Romam pervenerant; cumque Ni- p. 843.  
 colao Papæ epistola Synodalis Concilii  
 Sueffionensis, aliæque ad causam Wul-  
 fadi pertinentes fuissent redditæ, datis  
 quatuor epistolis sexta Dec. Indictione  
 decima quinta, nempe anno octingente-  
 simo sexagesimo sexto respondit. In pri-  
 ma, quæ ad Episcopos Concilii Sueffio-  
 nensis dirigitur, dicit, perlectis Actis  
 Concilii, in quo Wulfadus ceterique  
 depositi fuissent (id est Concilii Sueffio-  
 nensis anno octingentesimo quinquage-  
 simo tertio celebrati) occurrisse sibi com-  
 plura falsa & perperam facta; cujus rei  
 culpam in Hincmarum rejiciebat. De-  
 inde queritur, non omnia exacte sibi fu- Sup. lib.  
 isse missa, quæ ad causam Ebbonis cete- XLIX. §. 8.  
 rorum-



Sæculum IX. rorumque Clericorum, de quibus jam  
 A. C. 866. ageretur, spectarent, & addit: *Integram*  
 p. 847. *restitutionem eorum eo usque differemus,*  
 p. 849. *donec illa documenta acceperimus. Inter-*  
*rim vos per provisionem eos restituite, ut*  
*facilius causam suam defendere valeant.*  
*Nam Hincmaro unius anni spatium pro-*  
*stituimus, quo eos canonice depositos pro-*  
*bet; nisi probaverit, jam eos legitime re-*  
*stitutos declaramus. Ceterum cum Cleri-*  
*corum istorum appellationem recepinus,*  
*non idcirco facultatem dedimus, eos ad al-*  
*tiozem Ordinem promovendi. Vos vero,*  
*licet dicatis, quod causæ totius Definitio-*  
*nem nobis relinquatis, unum eorum ad*  
*Episcopatus apicem elevastis, quod tamen,*  
*donec quid in Concilio vestro statuissetis*  
*pateret, Regi Carolo petenti denegave-*  
*ram.*

Secunda epistola ad Hincmarum da-  
 ta est, & non modo easdem querelas,  
 sed etiam iisdem verbis continet. Tum  
 Pontifex respondet ad epistolam Hinc-  
 mari sibi ab Egilone redditam, & ex-  
 probrat: *Asseris, cupere te hos Clericos*  
*restitui; sed edic, quid aliud per litteras*  
*tuas & Legatos apud Antecessores meos effe-*  
*cere conatus es, nisi ut eorum Depositio con-*  
*firmaretur, & spes omnis Restitutionis*  
*adimeretur? Si vero Restitutionem eorum*  
*cupiebas, quid ad eam impetrandam feci-*  
*sti? profecto nihil. An non pudet, cum*

Sacra



*Sacræ Sedi scribis, fallacia verba astute componere? sed non desunt mihi suspicandi indicia, banc epistolam te auctorem non habere, cum ad eam deferendam nullum Legatum miseris, eique consuetus annulus tuus non sit impressus.* Tertia Pontificis epistola ad Regem Carolum data est, & quarta ad Wulfadum ejusque Socios, qua hortatur, ne injuriæ sibi illatæ meminert.

Sæculum IX.  
A. C. 866.

p. 859.

Eodem mense Dec. anno octingentesimo sexagesimo sexto Papa, forte ut querelis Episcoporum Francorum finem poneret, data ad Aquitaniæ Proceres epistola ad restituenda Bona Ecclesiastica, ab ipsis detenta, addita comminatione excommunicationis, hortatur.

to. 8. Cone.  
p. 501.

§. LVIII.

*Epistola ad Regem Salomonem.*

Epistolam ad Salomonem, seu Regem, seu Ducem minoris Britannia, datam ad eadem tempora referre oportet. Hic Princeps Romam miserat Legatos cum epistola, ad quam Papa respondet in hunc modum: *Postquam in Tabulario nostro litteras exquisivimus ad causam Depositionis Episcoporum vestrorum, & aliorum bis Subrogatorum pertinentes, longe alia, quam quæ tu putas, invenimus. Nul-*

to. 8. Cone.  
p. 509.  
ep. 22.

Sup. lib.  
XLVIII.  
S. 44.

Hist. Eccles. Tom. XII.

P

ab